

est opinio pro peccatis dicens sufficere ad  
 absolutiois sacramentalis fructuosam susce-  
 ptionem quod confessus non habeat actuale pro-  
 positum peccandi hoc enim dicunt esse non ponere  
 obicem. sed alia sententia quod requirit actuale  
 propositum posituum non peccandi in futurum pro-  
 babilior est atque securior. ¶ Virtute clavium  
 et meriti christi dantur in qualibet confessione sa-  
 cramentali indulgentie sed quante novit de-  
 sic etiam ut attritio minus sufficiens fiat in  
 confessione contritio. ¶ Solum actu confessi de  
 peccatis suis capaces sunt indulgentiarum suarum  
 que dantur vere penitentibus et confessis nisi  
 dicatur sufficere esse in gratia et membris ecclesie  
 et ita per confessis ibidem sumitur pro confessioe  
 in proposito vel in voto. ¶ Dies indulgentiarum  
 referuntur ad penitentias pro vita hac immunditas  
 sic enim textus sonat videlicet tunc quod immunditas gna-  
 lis que bene fieri solet ut omnia bona facienda cedant  
 in remissionem pro sit in hoc et sufficiat ubi etiam  
 penitentia papalis totidem dies quod sonant indul-  
 gentie nequaquam minoribus. ¶ Indulgentias non  
 recipit ille qui non porrigit manus adiutrices iux-  
 ta statum bullarum et ita dives melioris conditionis  
 est quo ad aliqua quam religiosus et mendicatus  
 ¶ Clave sacramentali non nobiliter errante  
 in impositione penitentie confessus per illam penitiam

*Ne indulgentias*

